



## **Crisis Theologica**

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,  
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi  
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

**Casnedi, Carlo Antonio**

**Ulyssipone, 1711**

Sectio Prima. Adversariorum conatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84783](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84783)

## DISPUTATIO XVII.

*Anacephalæosis Argumentorum.*

N. 1.



UÆ uberiori calamo ex Adversarijs contra usum minus tutæ minus probabilis, etsi nolentes, produximus; ne recoctæ toties crambi (quod adversa argumenta à nobis superficiali levitate ponderentur) iterum recoquendæ, ansa detur, ad hæc duo capita reducuntur. Primum, quia sequens minus tutam sequitur scienter peccatum. Alterum, quia sequens minus probabilem sequitur scienter falsum. Illud lex charitatis, hoc lex veritatis vetat. Hoc Probabilioristæ contra Tutoristæ; illo Tutoristæ contra Probabilioristæ; & utrique utroque contra nos utuntur.

## SECTIO I.

*Adversariorum conatus*

## §. I.

*Ex Lege Charitatis.*

## SUMMARIUM.

*Quia idem est posse probabilis judicare non licere, ac judicare, n. 2.*

*Quia resistit propria conscientia, ibid.*

*Nisi servetur discrimen inter probabilis, & moraliter certum, nulla potest esse contentio, n. 3.*

*Dum Tutoristæ, & Probabilioristæ nos impugnant, non servant; dum se mutuo impugnant, servant, n. 4.*

*Tutoristæ ex lege charitatis impugnant Probabilioristæ; hi illos ex lege veritatis, n. 6.*

*Nullum utrique contra nos argumentum trahere possunt, quod ab illis solvendum non sit, n. 7.*

*Potens probabilis judicare, & peccare, non ideo judicat, & peccat, n. 8.*

*Nulla illatio a potentia ad actum, n. 9. ad 12.*

*S. Thom. negat, quod filius in electione sponsæ teneatur patri parere, n. 13.*

*Implicat peccatum formale sub judicio certo probabilis de non peccato, n. 14.*

*Omne opus etsi sub minus probabili judicio de bonitate conducit ad gloriam, n. 15.*

*Quid velit Arist. dicens, magnum esse, quod est excedens? n. 16. 17.*

*Non dicimus licere omnibus, quod quatuor TT. licet, n. 18.*

*Teneor judicare Deipare Filium esse Messiam; non ita judicare juxta omne probabilis, n. 19.*

ad 22.

*Speciosa chimæra confundere potentiam cum actu, n. 23.*

*Offendo, quod nostra maior, & minor non est certa, multo minus Adversariorum, n. 25. ad 29.*

PRIMO, quia eligens opus, quod probabilis judicari potest illicitum, peccat, ait M. Baro; ergo sequens minus tutam minus probabilem peccat. Antecedens suscipitur 1. à P. Thyrsio *disf. 4. an. 19.* quia idem est posse judicare, ac judicare; ergo si judicans probabilis illicitum peccat eligendo illud, peccabit quoque, qui eligit illud, potens judicare probabilis illicitum. Secundo, quia, ait M. Jac. à S. Dom. ponens tale opus resistit propriæ probabilis judicari opus non licere: ergo peccat.

Ut omnium hæc in Anacephalæosi argumentorum nullitas ad oculum pateat, lecto 1. mi Lectore, quod nisi Probabilioritas à morali certitudine, & minor Probabilioritas à non Probabilitate feceratur, actum erit de totâ Probabilioritas inter, & Probabilioritas, quin Tutoristæ inter, & Probabilioritas, contentione; & quidquid hæcenus tam acri calore pugnatum erit de lana caprina. Patet; quia si idem est Probabilioritas, ac moralis certitudo, idemque minor Probabilioritas ac improbabilioritas, nemo eorum alteri contradicit; quin omnes uniformes sunt, cum omnes pleno ore negent licere improbabilem, omnes pleno ore affirmant eligendam moraliter certam; ergo si ea confunduntur, nulla inter eos quæstio, nulla inter eos discordia: cum hoc tamen discrimine, quod eâ confusione admittitur, Probabilioritas Adversarijs præferendi adhuc erunt, quia retinent in verbis proprietatem, fecerendo probabilis à moraliter certo; & minus probabile ab improbabili, quam Adversarij, fortè delecta opera, ne se a nostris argumentis prefatos fateantur, non servant. Nulla ergo nec Probabilioritas inter, & Tutoristæ, nec inter utrosque, & nos, admittitur eorum vobiscum confusione, contentio. Cur ergo utrique te invicem; & utrique Nos impugnant Tutoristæ tuendo obligationem sequenti tutiorem, etsi minus probabilem, & comitendi

tendi probabiliorem minus tutam; Probabilioritas negando obligationem tutioris, & concedendo licentiam probabilioris minus tuta. Si enim Probabilioritas idem est, ac moraliter certum, nemo Tutiorista negat licere sequi minus tutam moraliter certam, similiter si idem est minus probabile, ac improbabile, nemo Tutiorista Catholicus obligat ad tutius non probabile: ergo admittit ea vobis confusione, plena consensio est inter ipsos Anti-Probabilistas, quin inter utro-

N. 5. que, & Nos. Cur ergo inter se, & nos contendunt? Res sane mirabilis! Dum inter se contendunt, ut questionis sit locus, ex. gr. an tutius minus probabile sit semper sequendum, & omittendum probabilioris minus tuta? in qua questione (Tutiorista affirmant, Probabiliorista negant) utuntur verbis in suo rigore; & retento proprio verborum sensu questionem dirimunt. Dum vero utrique nos impugnant, confundunt minus probabile cum non probabili; & probabilioris cum moraliter certo; cur autem hoc, nisi quia suismet oculis Adversarij palpant? quod si vocibus in suo proprio sensu utantur, nos impugnari non possent.

N. 6. Scito 2. argumenta, quibus Tutiorista impugnant Probabilioristas, deduci a lege charitatis; e contra quibus Probabiliorista impugnant Tutioristas, deduci ex lege veritatis: ita tamen, ut argumenta ex charitatis lege deducta sint, Probabilioristarum iudicio prorsus nulla, & ab ipsidem solvantur; & vice versa derivata ex veritatis lege sint, Tutioristarum iudicio, quoque nulla, & ab ipsidem solvantur: si ergo utraque argumenta, eorum iudicio, sunt revera nulla, dum adinvicem se impugnant; qualiter utrique Adversarij ipsi, quasi validissimis, contra nos utuntur, nisi forte sibi, non nobis, illudere pretendat, asserendo argumenta infirma fieri contra nos fortia; & invalida, valida; soluta, insolubilia?

N. 7. Scito 3. ex hoc clare inferri, nullum ab utrisque torqueri in nos posse argumentum, quod in eos non retorqueatur; & ab ipsidem mutuò contradicentibus solvendum non sit. Si enim gemina charitatis, & veritatis lege in nos armata ita arguunt; sequens minus tutam, minus probabilem, ut sequitur, exponitur se periculo offendendi materialiter Deum, & conscientiam; ut sequitur minus probabilem eligit scienter falsum præveto; ergo peccat; tum contra charitatem, tum contra veritatem: ergo non licet. (En cardines, quibus tota Anti-Probabilistarum machina fundatur.) Si, inquam, ita

N. 8. in nos arguunt; ego ipsidem mixis cardinibus

ita in eos arguo: in Tutioristas hoc modo: Obligans sequi semper tutiorem minus probabilem, & omittere probabiliorem minus tutam, obligat sepe sequi falsum præveto; ergo obligat peccare contra veritatem; ergo non licet tutior minus probabilis. In Probabilioritas hoc pacto: sequens probabiliorem minus tutam exponit se periculo peccati materialis contra Deum, & conscientiam: ergo non licet probabilior minus tuta. Ecce nemo est, qui non videat utrosque Adversarios tuomet argumento premi, & ab utrisque solvendum. Similiter nemo est, qui ignoret eo argumento, si probat, probari, solam opinionem veram licere, ut Jansenista docent; nullam vero, etsi moraliter certam, quia cuilibet subesse potest falsum: ergo, qui eam sequatur, exponet se periculo, vel erroris materialis, vel si minus tuta sit, periculo peccati materialis. Ut ergo Tutiorista respondent Probabilioristis; non curandum errorem materiale contra veritatem, si minus probabiliter, prudenter tamen negetur; & Probabiliorista respondent Tutioristis; non curandum peccatum materiale contra Dei, & conscientia propria charitatem, si probabiliter negetur: ita nos utrisque respondemus; nec errorem materiale, nec peccatum materiale, prudenter negatum, timendum esse; prudenter vero negatur ab eo, qui minus tutam minus probabilem sequitur.

N. 9. Scio 4. quod præter directam, quam daturus sum, solutionem, tenenda præ oculis indirecta solutio, seu retorsio: in Tutioristas, quia, dum obligant ad tutiorem minus probabilem, præ probabiliori minus tuta, obligant eligere probabilioris falsum; nam hoc contra nos inferunt, dum in nos arguunt. In Probabilioristas, quia dum permittunt, tum usum tutioris minus probabilis, tum probabilioris minus tuta, ut expresse P. Thyrt. disp. 11. n. 4. 7. & alibi, eo ipso tumentur licitum operari, vel sub iudicio de probabilitate falsitatis; vel sub iudicio de probabilitate peccati. Hoc præ manibus habendum.

N. 10. In forma nego, quod potens probabilioris iudicare opus non licere, peccat: potest quidem peccare, si loco iudicij subjective minus probabilis de licentia concipiat probabilioris de non licentia, at si ante iudicio minus probabilis pro licentia, peccare non potest. Ad 1. probationem nego antec. in quo confunditur simultas potentia actuum, que non repugnat, cum potentia simultatis eorum, que repugnat, ut late dedi disp. 8. quin confunditur actus cum potentia: si enim posse iudicare, idem est, ac iudicare; posse peccare,

care, idem erit, ac peccare; quod nemo dicit. Ad 2. eadem hic confusio; supponitur enim, quod sequens minus tutam minus probabilem habeat iudicium probabilius pro peccato; quod repugnat; nam unicè habet iudicium minus probabile pro non peccato; ergo non resistit conscientiae. Aliter

occurrit P. Card. tom. 3. d. 56. n. 334. quaerit enim à Jacobo: An probabilius iudicans filium quoad sponsae electionem tenci patrem patri, contulere possit, ut Divum Thom. in 4. *dist. 29. qu. un. art. 4.* hanc obligationem in filio negantem, sequatur? Si potest; ergo dum ita consulit, resistit propriae conscientiae: si non potest; ergo contulere nequit, ut omnem Divi Thom. opinionem sequatur. Nec dici potest non resistere, quia tunc deponit propriam conscientiam: contra enim est: ergo deponens propriam, & alienae se fidens, non operatur contra conscientiam.

Secundò arguit M. Baro, & Candidus pag. 16. quia ponens opus, quod iudicari probabilius potest illicitum, maiori se periculo exponit, quam qui est in dubio. At tatis *disp. 13. sect. 2.* huic respondi, 1. quòd nulla datur lex de tutiori probabiliori sequendo: 2. quòd implicat peccatum formale sub certo probabili, etsi minus, de non peccato iudicio: 3. quòd omnes opiniones, siue pro lege, siue pro libertate stantes, sint aequè formaliter tutae de non peccato formaliter; ergo tantum abest, ut tunc peccet, quin nec peccare formaliter potest, & se formalis peccati periculo se exponere: 4. quòd peccatum materiale, cuiusque periculum prudenter negatur; ergo non est peccatum formale. Sane adstruens legem sequendi probabilius, si eam non sequatur, peccabit formaliter; qui verò eam negat, non potest formaliter peccare: ergo operans sub certo probabili, etsi minus, de non peccato iudicio, nequit peccare formaliter.

Neque verò eligens minus tutam minus probabilem, eligit medium salutis aeternae non conducens; nam eligit conducens, etsi minus, quam probabilius, ut mox dicam. Dedi autem saepe patens inter dubium, & opinionem discrimen; nam dubium est suspensio omnis assensus, opinio est assensus; ergo implicat, ut opinans sit dubius, etsi sit incertus.

Dices ex P. Thyrsio n. 23. in Introduct. quòd P. Junius (cujus Tomus de *Conscientia* in Marritensi Collegio tamquam dignum Authore suo opus servatur) aperte dicat, *Quemlibet rationis compatem ex terminis intelligere, se non debere facere id, quod magis vide-*

*tur peccatum, quam non peccatum.* Fateor hoc dicere, nil tamen inde contra nos; nam nemo nostrum docet, licere quod iudico peccatum; quin antequam operetur, iudicet opus non esse peccatum; & similtas utriusque iudicii directi repugnat.

Tertiò arguit P. Thyrsus *diff. 1. a. n. 18. ad 26.* quod ex ipsa P. Elparza definitione allata *art. 112.* & P. Terilli *qu. 1. de Reg. Mor. contat peccatum esse sequi benignitatem quia Arist. 1. Rhetor. cap. 7.* aut magnum esse, quod est excedens; ergo minus non est magnum: tum quia reflectens supra minus probabilem valde formidat de ejus falsitate: & ideo P. Scildere *traff. 2. cap. 2. §. 1.* intulit, quod opinio nixa valde minori motivo non sit probabilis, quam nostri Lovanienses fecerunt. Sed contra 1. quia ignoro, quomodo P. Thyrs. *l. c. §. 5.* dicat, neutram esse ex aequè probabilibus probabilem, cum *l. c. n. 4. 7.* & alibi asserat, quòd intellectus utriusque verosimilitudinem eridenter cognoscat: 2. quia hoc principium, *Sola probabilior est probabilis*, saepe à nobis rejectum, tamquam omnis capisofitatis origo, & omnis alienae opinionis contemptus: 3. quia ut minus tuta praesente tutiori manet certò tuta: alias sequi non liceret minus tutam probabiliorem, cujus oppositum P. Thyrsius sustinet; ita minus probabilis, praesente probabiliori, manet certò probabilis: 4. quia sequens tutiorem minus probabilem audiretur absque ullo motivo. Aristoteles non obitat, quia aliud est, quòd magnum sit excedens; aliud, quòd nisi excedat, non sit magnum: illud tenet, hoc non. De P. Scildere hoc idem ego legi, at non probat.

Dices ex P. Thyrsio n. 32. nos opponi N. Divo August. nam tantum quatuor Theolog. logis tribuimus; ut quòd illi iudicant licitum, liceat omnibus; etsi ab alijs iudicari prudentissime possit, eos falli. Dico, quòd si quis Probabilia hoc edidit, aut docuit, non approbo, sed reprobo: quia opinio, quae iudicari prudentissime potest falsa, nec est vera, nec est probabilis, quin est certò improbabilis ob moraliter certum omnium aliorum iudicium. Deinde dico, quòd si arguens improbat meritò illud Probabilitatum iudicium, & nullà conditum circumstantià asserit, longè magis improbandum principium Probabilitatum, quòd sola mihi probabilior sit probabilis; & quòd omnis opposita mea sit omni auctoritate, & ratione destituta, adeoque improbabilis.

Quartò arguit *diff. 4. n. 19.* Non licet sub N. hoc probabiliori iudicio operari, *Pistara non 19. licet;* ergo nec sub potentia proxima ad illud iudicium.

judicium. Confirmat: Potens judicare Deiparæ Filium esse Messiam, & non judicans, perinde se habet, ac si cum negaret: ergo potens probabilius judicare picturam non licere, & non judicans, perinde se habet, ac si negaret picturam licere.

N. At hæc alibi, & d. 16. sæpe retorta, & soluta: retorta, quia probant peccare, tam qui tutiorem minus probabilem sequitur: ille, quia perinde se habet, ac si sub hoc judicio operaretur, *Non est tuta*; iste, ac si sub hoc, *Non est probabilis*: nam ille, illud judicium, *Non est tuta*, formare potest; hic, aliud, *Non est probabilis*: ergo tam sequens tutiorem minus probabilem, quam probabiliorem minus tutam peccabit. Ad paritatem dico eam non esse ad rem; & esse contra argumentem: non est ad rem: quia nulla datur certa lex obligans ad tutiorem probabiliorem; datur vero certissima lex obligans credere Deiparæ Filium esse Messiam. Est contra argumentem: quia sicut nemo tenetur fide Divinâ credere aliquid, nisi sit satis propositum; tunc vero est satis propositum, aiunt omnes T.T. quando ita est evidenter credibile, & credendum, ut ejus oppositum non sit prudenter credibile: ita tunc assentiri tenebimur probabiliori, quando à minus probabilis tollitur vera probabilitas. At ubinam hæc improbabilitas in opinionibus inter T.T. controversis? quasi illæ ita inter se haberent, ut se habent articuli Catholicos inter, & Heterodoxos cõtroverfi. Quod similibus argumentis Palanc. utatur, non miror: miror, quod P. Thyri. & P. Mameilla astueti, similitatem potentia ad utrumque judicium, & actum, discernere à potentia similitatis utriusque judicij, & actus; alias si potentia proxima ad judicium probabilis est æquivalenter ipsum judicium probabilis, poterit judicium probabilis de non licentiâ picturæ, simul esse cum minus probabilis de licentiâ; quod repugnat: & si potentia proxima ad peccatum idem est, ac peccatum, omnis non peccans, peccabit; & omnis peccans non peccabit: quin simul peccabit, & non peccabit, & econtra. Nam omnis peccans habet potentiam proximam non peccandi; & omnis non peccans potentiam proximam peccandi: ergo sicut per Adversarios potentia proxima judicandi est æquivalenter judicium; ita potentia proxima peccandi erit æquivalenter peccatum; & potentia proxima non peccandi erit non peccatum: ergo simul erunt peccatum, & non peccatum, & econtra, ut simul sunt potentia proxima peccati, & potentia proxima non peccati. En confusio potest.

sententiæ proxime cum ipso actu; & similitati potentia ad utrumque actum divisim, cum potentia similitatis ad utrumque actum: ea constituit libertatem; hæc implicat. Itaque ille tantum peccat, qui ex motivo levi judicat opus esse bonum, potens unice prudenter judicare esse malum; non vero, qui ex certo probabilis motivo judicat esse bonum, quamvis in sensu divilo, ex certo probabiliori motivo possit judicare esse malum.

Dices ex eodem *diff. 4. n. 51.* illicite initur contractus sine certo de ejus licentiâ dictamine; sed hoc implicat, cum probabilius judicare possum cum non licere; ergo illicite initur. Sed contra 1. quia illicita erit, tum probabilior minus tuta, quia tunc formare non possum certum dictamen, quod sit tutum tutior minus probabilis, quia tunc formare nequeo certum dictamen de probabilitate. Secundò, quia hoc unice probat, si probat, quod formare non potero dictamen directum certum de licentiâ contractus, quia illud est minus probabile; non autem quod nequibo formare certum reflexum, hinc principio nixum: *Licet omnis certo probabilis hæc est talis*; ergo licet. Maior est nobis saltem longè probabilior; minor quoque; ergo & consequentia, seu dictamen.

Intabis ex n. 53. neutram esse præmissam esse veram, tantum abesse, ut certè sint maiorem, quia opinio Probabilioritarum est saltem probabilis: minorem, quia nemo est certus de sufficienti diligentia veri; ergo nemo est certus de suæ opinionis probabilitate. Sed retorqueo, & quero: An ad licite operandum necessaria sit certitudo de licentiâ operis? Si non est, malè à T.T. audietur, ut *Tomo 3.* ostendam; omnes enim conveniunt, quod sit peccatum operari abique judicio de nõ peccato. Si est; rogo unde sequens tutiorem minus probabilem, aut probabiliorem minus tutam hauriat certitudinem? Nam neutra hæc maior præmissa, *Eligenda est tutior, etsi minus probabilis*, que est Tutoristarum: *Non est eligenda tutior minus probabilis, sed eligi potest probabilior minus tuta*, quæ est Probabilioritarum; neutra, inquam, est certa: illa enim negatur à Probabilioristis, quorum sententia est saltem probabilis; ista negatur à Tutoristis, quorum sententia est etiam probabilis; ergo neutra maior est certa. Minor Adversariorum longè minus est certa: si enim nemo certus est de suæ opinionis probabilitate, multò minus de probabilitate, cum hoc certum judicium sit longè difficilius, & plerumque impossibile, ut sæpe docui; ergo vel negandum, quod ultimum dictamen debeat esse certum, quod fieri

Zz fieri

fieri non debet: vel danda certæ præmissæ ultimi dictaminis. Det autem Adversarius: ergo ejus argumentum longè magis ab eo solvendum.

## §. II.

*Alia ex eadem charitatis Lege.*

## SUMMARIUM.

*Quàm inanis paritas à re temporali, n. 30. 31.*

42.

*DD. invenes licere absolvere sub opinione probabili de jurisdictione, n. 33.*

*Tuentes licitum exponere se ex causâ gravi peccato mortali, n. 34.*

*An perfecta contritio sit ex lege charitatis necessaria moribundo consenti, n. 35. 36.*

*Ut sequens minus tutum non peccat per Probabilioristas, & sequens minus probabile non peccat per Tutioristas, ita nec per nos, n. 37. 38.*

*Timor ex motivo minori est verè prudens, n. 39.*

*Caram, vocat Genuenses Cosmopolitas, eorumque ludus, ibid.*

*Qualiter judicium minus probabile sit certum, n. 40.*

*Certitudo moralis ex unius sæpe testimonio, n. 41. 42.*

*Non est difficile certum de probabilitate judicium, ibid.*

*Bonitas physica pendet à medijs ut in se; moralis ut in mente, n. 42. 43.*

*Paritas Horologij nulla, ibid.*

N. 30. Philal. **Q**uintò arguit Candidus pag. 88. & 91. Utens medio minus probabili pro re temporalis culpatur de negligentia. Similiter, nolens scienter vitare peccatum materiale, ejusque periculum, peccat formaliter; ergo sequens minus probabilem peccat formaliter. Sed hæc disp. 13. & alibi à me soluta, 1.

N. 31. quia si pro rei spiritualis gravitate, & excessu, supra res temporales augenda diligentia, nemo pro confitendo vel uno veniali, ait reticere Boffius pag. 615. sufficienti diligentia uti poterit: 2. quia nulla est paritas à medijs, à quibus res temporales pendent, ad media, quibus spiritualis: nam illæ pendent à medijs, ut in se sunt; istæ (excepe quæ sunt de necessitate medijs) à medijs, ut sunt in mente: & ideo salus æterna, tam est assequibilis per malum putatum invincibiliter in re bonum, quam per bonum cognitum, ut in re bonum. Hinc quamvis eligens minus tutam, minus probabilem, ponat opus minus conducens, attamen ponit tutum, & conducens vitæ æternæ: cavendum tamen ne exemplificetur in materia Sacramentali, in Justitiâ,

N. 32. Boffius. **Q**uòd arguit Candidus pag. 88. & 91. Utens medio minus probabili pro re temporalis culpatur de negligentia. Similiter, nolens scienter vitare peccatum materiale, ejusque periculum, peccat formaliter; ergo sequens minus probabilem peccat formaliter. Sed hæc disp. 13. & alibi à me soluta, 1. quia si pro rei spiritualis gravitate, & excessu, supra res temporales augenda diligentia, nemo pro confitendo vel uno veniali, ait reticere Boffius pag. 615. sufficienti diligentia uti poterit: 2. quia nulla est paritas à medijs, à quibus res temporales pendent, ad media, quibus spiritualis: nam illæ pendent à medijs, ut in se sunt; istæ (excepe quæ sunt de necessitate medijs) à medijs, ut sunt in mente: & ideo salus æterna, tam est assequibilis per malum putatum invincibiliter in re bonum, quam per bonum cognitum, ut in re bonum. Hinc quamvis eligens minus tutam, minus probabilem, ponat opus minus conducens, attamen ponit tutum, & conducens vitæ æternæ: cavendum tamen ne exemplificetur in materia Sacramentali, in Justitiâ,

N. 33. **Q**uòd arguit Candidus pag. 88. & 91. Utens medio minus probabili pro re temporalis culpatur de negligentia. Similiter, nolens scienter vitare peccatum materiale, ejusque periculum, peccat formaliter; ergo sequens minus probabilem peccat formaliter. Sed hæc disp. 13. & alibi à me soluta, 1. quia si pro rei spiritualis gravitate, & excessu, supra res temporales augenda diligentia, nemo pro confitendo vel uno veniali, ait reticere Boffius pag. 615. sufficienti diligentia uti poterit: 2. quia nulla est paritas à medijs, à quibus res temporales pendent, ad media, quibus spiritualis: nam illæ pendent à medijs, ut in se sunt; istæ (excepe quæ sunt de necessitate medijs) à medijs, ut sunt in mente: & ideo salus æterna, tam est assequibilis per malum putatum invincibiliter in re bonum, quam per bonum cognitum, ut in re bonum. Hinc quamvis eligens minus tutam, minus probabilem, ponat opus minus conducens, attamen ponit tutum, & conducens vitæ æternæ: cavendum tamen ne exemplificetur in materia Sacramentali, in Justitiâ,

& alijs, ob dicta disp. 14. Lege P. Cardenas tom. 1. disp. 15. n. 411. & tom. 4. disp. 2. n. 137. ubi negat probabile esse, quod licet absolvere sub opinione certò probabili de jurisdictione. Oppositum tamen tunc dicitur P. de la Fuente disp. 2. cap. 7. & 8. dicens, quod fit certa opinio asserens Ecclesiam dare jurisdictionem Confessori prudenter putanti se eam habere. Quare non satis capio, quid P. Cardenas velit, præsertim cum disp. 2. n. 61. concludat certum esse, quod Ecclesia det jurisdictionem, quoties datur opinio verè probabilis de illâ. In formâ dico, neminem teneri vitare peccatum materiale, ejusque periculum prudenter negatum.

An verò ex justâ causâ liceat se peccati mortalis periculo exponere, nil modo ad me. Lege D. Thom. 2.2. qu. 10. art. 1. P. Suarez tom. 4. in 3. p. d. 32. sect. 2. prope finem. P. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 8. n. 31. P. Palao tom. 1. in 2. disp. 2. pun. 9. n. 8. Ponce lib. 5. de Matr. cap. 35. n. 4. P. Oviedo. 1. 2. tr. 6. contr. 3. n. 155. qui, & alij hoc tunc dicitur, & plura asserunt. Ratio eorum est; quia præterite justâ causâ, ei periculo se exponens, operatur prudenter, & ob hoc est liber à mortali.

Sextò arguit M. Baro, & M. Mercor. 2. N. p. art. 11. 12. 13. teneri nos ex charitatis lege servare pro nostro posse Dei legem: ergo tutior sequenda. Sed contra: ergo non licet sequi tutiorem minus probabilem, quia tenuerimur ex lege veritatis sequi pro nostro posse veram Dei legem. Addo tunc quod M. Mercor. tunc licere probabilioribus minus tutam quod M. Baro, teste P. Moya tom. 1. in 1. qu. 6. n. 30. sæpe minus tutas secutus sit, ut ego alibi notavi, & retulij inter quas negat, quod in mortis articulo confitens teneatur ad perfectam contritionem; non quia perfecta contritio sit de essentia confessionis, sed ex lege charitatis, quæ tunc obligat ad perfectam contritionem. Vid. quæ dixi disp. 13. sect. 1. & 2. & P. Carden. d. 49. per totam, qui cum plurimis sustinet continentem tunc tunc ad contritionem perfectam.

Dices: Sequens minus probabilem sequitur minus prudens; ergo non sequitur prudens; ergo peccat. Sed contra: ergo sequens minus tutam non sequitur tutam, est sequatur probabilioribus; & sequens minus probabilem, est tutiorem, nõ sequitur probabilem. Ut ergo neuter, per Adversarios, peccat, quia nulla datur lex sequendi, vel tutius minus probabile; ea enim negatur à Probabilioristis: vel probabilius minus tutam; quia talis lex negatur à Tutioristis: ita neque, juxta nos, peccabit sequens minus tutam minus probabilem; quia lex sequendi tutius probabilem.

N. 38. probabilius à nobis negatur. Falsum autem est, quod minus prudens non sit prudens, non minus ac falsum sit, quod minus tutum non sit tutum, & vir minus sanctus, & pius, non sit sanctus, & pius, ut læpe dixi. Sane nemo negabit prudentem esse illum naturalem timorem, qui colliquatis in tonitrua, & fulmina nubibus, tuboritur, et si probabilis sit alios potius, quam me opprellura. Nemo celebrem Genuesium ludum, de quo latè Caram. in Combinatoriâ num. 82. & lib. 4. Theol. Mor. Fund. in Prodomo n. 30. pag. 24. (ubi Genuesis, quia ubique terrarum reperitur, vocat Cosmopolitas) nemo, inquam, damnabit ludum publicâ auctoritate institutum, in quo quis in favorem Senatoris ex urnâ extrahendi concertat, et si eo minor sit lucri probabilitas, quò augetur numerus eorum, qui in urna lusoria latent.

N. 40. Septimo, quia iudicium minus probabile de non peccato non est certum de non peccato; ergo illicitum sub eo operari. At hoc retorti, & solvi §. antec. Miror, quòd hæc obijciantur, cum ab omnibus in omni sententiâ solvenda. Miror quoque, quod P. Thyrs. disp. 4. a. n. 53. tot, & tanta, ut certum formetur de Probabilitate iudicium, requirat, ut longè minora factis sæpe sint ad certitudinem moralem. Sanè moralis de Baptismo, de Ordine, de absolutione certitudo; & quòd talis homo sit meus pater, meus Rex, & Regni hæres, minores conditiones exigit, (præsertim cum ex unius tantum testimonio sæpe moralis certitudo confurgat) quam quas arguens ad probabilitatis, & multò magis probabilitatis certitudinem requirit. Paritas horologij, quam asserti num. 63. nil probat; nam ejus bonitas pendet à motu solis, ut est in re, non ut est in mente artificis: at bonitas moralis pendet ab objecto, ut est in mente. Falsum etiam, quòd, juxta Probabilitas, minus probabilis sit formalis regula; quin, cum ferè omnes Probabilitatè sint Reflexivæ, negant, quòd minus probabilis sit regula formalis, asserentes esse regulam purè objectivam, ut cernere est in P. Teril. qu. 22. de Conscientiâ; & ideo ut certum formetur iudicium, recurrunt ad principia certa reflexa, ex. gr. Omne quod non constat certò esse verum, quin negatur prudenter esse verum, est permissum.

§. III.

Ex lege veritatis.

SUMMARIUM.

Sicut utraque potest esse tuta, ita utraque pro Tom. II.

babilis, n. 44. ad 46. Alind est veritas logica, alind ethica, n. 47. Si utraque speculativa potest licite defendi; ita & utraque practica defendi, & practicari, n. 47. 49. Omnes præter falsas, & veras inveniuntur probabiles, n. 50. Sequens minus probabilem non sequitur, ut magis falsam, n. 51. Satis doctrina ethice sana, ut operer, n. 54. 56. 61. Media, ut minus probabilia, sunt æquè connexa cum gloriâ, ac probabilia, n. 57. 58. Minus probabile non se habet magis ad falsum, quam probabilis, n. 59. Nulli periculo subjacet sequens minus probabilem, cui non subjaceat sequens probabilior em, n. 61. Regula sequendi probabilis non est juris nature, ibid. Omnes Adversarij Candido debent suas rationes, ibid.

PRimum est ex Candido qu. 1. pag. 63. N. Alterutra ex contradictorijs probabili- 44. bus est falsa; ergo alterutra illicita; ergo, aut 1. hial. pag. 67. nequeo nunc hanc, nunc illam scire. Sed contra 1. ergo moraliter certa, & N. probabilissima non licebit, quia alterutra est 45. falsa, cujus oppositum Alex. VIII. definit. Hoc eo magis urget, quo Probabilitatem cum morali certitudine confundunt, atque adeo inter probabiores, seu moraliter certas tot sunt falsæ, quot veræ. Secundo, quia sibi contradicit, nam alibi probabile fecerit a vero, modo confundit; & ex eo quia una tantum ex contradictorijs est vera, infert unam tantum esse probabilem: quod ipsum Candidi argumento ductus fecit Cella- 46. dei rejectus à me disp. 8. sect. 1. & 2. Tertio, ignoro cur admittat cum omnibus utramque contradictoriam esse posse tutam; non ita vero esse posse simul probabilem. Quarto, quia sicut non valet illatio, una tantum est speculativè vera, ergo una tantum est tuta; ita nec tenet, ergo una tantum est probabilis, & practice vera. Ex hoc tota Candidi machina, quòd quia una tantum est in re vera, una tantum sit eligibilis, supra quam Celladei opus suum conlruxit, palam corruit. Ergo quælibet certò probabilis eligi potest. Sicut ergo ex duplici contradictoriâ Authoribus oppositis moraliter certâ, una ab his, alia ab illis eligenda est, et si una tantum sit in re vera; ita ex duplici eadem Authori æquè, aut non æquè probabili, potest quælibet seorsum eligi. Quare in his argu- 47. mentis veritas, ut est in re, seu logica, confunditur

Zz ij funditur

funditur cum veritate, ut est in mente sub ipso iudicio probabili, seu cum veritate practica: veritas, ut in re est, nequit aliter se habere, ac in re se habet; eadem autem veritas in re, ut est in mente, potest moraliter, ac ethice diversimodè se habere, quatenus potest ex gravi motivo representari, tum ut conformis, tum ut difformis legi Dei.

N. Secundum est ex Philal. *qu. 4. pag. 70. M.*  
48. Merc. M. Bar. Fagn. & alijs, licere quidem exercendi ingenij gratiã quamlibet probabilem ex speculativis, quia in neutra nullum Divinæ offensæ periculum. Sed contra; quia Deus non minùs est Prima Veritas omnem errorem vetans, quàm Prima Lex vetans omne peccatum materiale; ergo si quælibet ex speculativis licite defendi potest, etsi una sit certo falsa, cur non quælibet ex practicis? Ut ergo error materialis insitus uni ex speculativis, etsi sit contra Primam Veritatem, ingenij cautã licitè eligibilis est; ita quoque peccatum materiale insitum alterutri ex practicis: ergo vel utrumque negandum, vel utrumque admittendum. Accedit, quod conscientia æquè urget in scholis, ac extra scholas: ergo quod in scholis licitè defenditur, extra scholas licitè practicatur; aliàs pleraque Authorum opera, in quibus aliquid defenditur ut practicè probabile, damnanda forent, si ea opinio, quam Authores magno rationum pondere defenderunt ut practicè probabilem, nequiret licitè praticari. In formã dico, repugnare quidem, ut utraque contradictoria sit in re licita, & vera, non tamen, ut utraque, ut est in meã mente, sit mihi certò probabiliter licita.

N. Tertium est ex Cellad. *2. p. lib. 5. qu. 11. pag. 62.* stultitiam esse præter opiniones veras, & falsas, admittere probabiles, quasi verò iste non reducerentur ad illas; ergo etiam præter conscientiam veram, & falsam tueri probabilem. At hanc stultitiam omnes T. T. tuentur, subdividentes conscientiam in speculativam, & practicam; in dubiam, & non dubiam, in certam, & incertam; in probabilem, & non probabilem, etsi omnis sit in re vera, aut falsa.

N. Quartum ex Philal. *qu. 5. pag. 83.* est, quia eligens minùs probabilem convincitur magis amare falsum, quàm verum. Sed contra; quia ab omnibus solvendum: à Tutoristis, quia illi obligant ad tutiorem de nõ peccato, minùs probabilem tamen de veritate; à Probabilioristis, tum quia permittunt licere tutiorem minùs probabilem; tum quia docent licere probabiliorem minùs tutam; ergo convincitur amare magis libertatem, quam

legem, & magis falsum, quàm verum. Si quid ergo argumentum probat, numquam nisi sub iudicio evidenti operandum, eo quod omne moraliter certum esse potest in re falsum, & fundatur in confusione probabilitatis maioris cum veritate, & minoris cum falsitate. Vid. dicta *tom. 1. d. 5. & d. 8. & hic d. 13.*  
Præterea arguens supponit, quod eligens minùs verosimile eligat illud, ut magis falsosimile, quod nego: ut enim eligens invincibiliter falsum, eligat illud, ut invincibiliter verum; & eligens probabiliorem non eligat illam, ut minùs falsam, sed ut magis veram; ita eligens minùs probabilem non eligat illam, ut magis falsosimilem, sed ut verosimilem, etsi minùs.

Quintum ex Candido *pag. 88. est:* Ut in medio plerumque fallibi, ut grave negotium peragat, non utitur morali diligentia, ergo omitens probabiliorem minùs fallibilem, & utens minùs probabili plerumque fallente, non utitur aptã diligentia; eo modo, quo non uteretur debitã diligentia in equo, & monetã electione, qui minùs bonum eligeret. Confirmat *pag. 90.* Sola doctrina moralis, quæ est vera, est sana: ergo cum minùs probabiles sint plerumque falsæ, non sunt sanæ, quin mores corrumpunt, saltem ob frequentia peccata materialia, & plura falsa inducuntur ab illis, qui deicitã operã magis falsum præponunt magis vero, magis peccatum, quam non peccatum.

Sed ab omnibus solvendum, tum à Tutoristis negantibus licere probabiliorem minùs tutam; tum à Probabilioristis tuentibus licere. Deinde si sanitas doctrinæ est sola veritas Logica, non licet sequi errorem invincibilem, nec moraliter certam, quia sepe falsa. Præterea confunditur bonitas physica cum morali: illa pendet à medijs, ut in re sunt; hæc ut in mente sunt. Si hæc ponderarentur, à plurimis Adversarij abstinerent argumentis. In formã dixi *anteq. quod* si medium minùs probabile sit æquè conexum cum fine, ac est probabilius; utens medio probabili, utitur debitã pro fine obtinendo diligentia; si non sit, non utitur: ergo cum media minùs probabilia non sint æquè conexa cum fine temporali, non mirum, si illis utens, non utatur debitã diligentia: contra cum salus æterna sit æquè consequibilis per minùs ac per magis probabile; non minùs ac per Candidum, & alios Probabilioristas per magis, & minùs tutum, dummodo probabilius; & per Tutoristas per magis, ac minùs probabile, dummodo tutius; eo modo, quo quilibet gradus gratiæ finalis, & quælibet exacta legis observantia est conexa cum

SECTIO II.

Quia eligitur practice falsum, & non probabile.

§. I.

Utraque nequit esse practice probabilis.

SUMMARIUM.

Palancus rejicit eos, qui dicunt, quod practice probabilis sit, quæ a suis Patronis, & ab ejus Adversarijs dicitur talis, n. 62.

Et quod explicari non possit, quid TT. velint, dum oppositam proprie vocant in praxi probabilem, n. 63. 64.

Et quod hic modus loquendi sit Modernorum Casuistarum, n. 65.

Et quod eo ipso minus probabilis, fieret probabilior, n. 66.

Bonum, & verum ab Arist. dicitur, quod tale videtur ferè omnibus, & maxime sapientibus, n. 67.

TT. vocantes, oppositam in praxi probabilem, non volunt eam esse logicè veram, sed volunt, quod ea judicata ab illis logicè falsa, habeat gravia motiva, ob que judicari potest conformis regulis morum, n. 68. 69.

Hec doctrina ab omnibus TT. in speculativis defenditur, n. 70.

Modus vocandi oppositam probabilem Antiquis notissimus, DD n. 71.

M. Godoy increpat eos, qui oppositis opinionibus negant probabilitatem, & ait hoc esse pertinacis ignorantie, n. 72.

Similiter ait, quod opinio negans fatendas circumstantias aggravantes sit probabilis; & negans in omni peccato reperiri speciale n. rationem injustitiæ contra Deum, ait innegabiliter probabilem; & unde juxta illum sumatur probabilitas? immò tuctur satis esse judicium de probabilitate, n. 73.

An omittens Horas, ad quas titulo Ordinis, & Beneficij tenetur, dupliciter peccet? n. 74.

An tactus impudici sine seminis effusione in loco sacro sint sacrilegi? Et quid in hoc casu locus sacer? Ibid.

M. Tapia ait, quod minus probabilis, maneat practice probabilis, n. 76.

Idem ait M. Velasco, n. 77.

Idem M. Dom. Soto, n. 78.

Idem M. de Prado Probabiliorista, n. 78.

Modus vocandi oppositam probabilem TT. usitatissimus, n. 80. 81.

Etiã in incertis fidei materijs, n. 82.

Errat Palanco, dum ait, quod nullus Thomista opinionem negantem fatendas circumstantias aggravantes vocet in praxi probabilem, ibid. & n. 83.

Falsum quod opinio directa minus probabilis  
Zz iij opposi-

cum gloria, consequenter ad salutem æternam atquequendam tatis est minus probabilis.

Nego igitur, quod minus probabilis magis se habeat ad falsum: 1. quia etsi minora habeat pro sui veritate fundamenta, attamen nullo modo se habet ad falsum; ei enim assentior ut veræ: nec motivum ob quod ei assentior, est motivum oppositè probabilioris, quin hoc repugnat; sed est ipsum motivum ipsius opinionis minus probabilis; ob quod videtur probabilis: 2. quia si probabilior esset magis connexa in re cum vero, cum nulla probabilior sit, quæ oppositis Doctoribus non sit minus probabilis, utraque contradictoria esset, & non esset in re magis connexa cum vero, ut disp. 13. dixi.

Confirmatio probat nullam probabilissimam fore licitam, quia potest esse in re falsa; ergo non sola veritas logica est doctrina sana, ut conitat ex disp. 5. & 6. ubi solvi argumenta ex veritatis, & probabilitatis confusione. Satis ergo, ut sit ethice sana, non verò necesse, ut doctrina sit logicè sana: nec materialia peccata obitant Eua gelicæ legis sanctitati nobis à Deo præceptæ; atias nemo operans sub errore invincibili salvari possiet. Conlule d. 6. n. 161. d. 7. d. 10. d. 13.

Dices ex Celladei lib. 1. qu. 16. §. 2. Ergo licebit omne, quod Deo placet, & displicet. Nego, quia dum sequor, quod Deo displicet materialiter, non sequor nisi propositum à judicio minus probabili prudenti, ut Deo placens; quod contingit in eo, qui eligit opus in re malum, ut subiectum judicio probabiliori, quod sit in re bonum: nulli ergo periculo maiori subiacent Probabilitæ.

Sextum ex M. Baro, & M. Mercoro est; quia regula sequendi probabilis est juris naturæ. At hoc nego; nam jus naturæ obligat, ut prudenter, non ut prudentius operemur: nec veritas logica, sed sola ethica est de essentia prudentiæ; omni autem certò probabili inest veritas ethica, & ab opinante eligitur, ut ethicè vera, etsi reflectens supra illam cognoscat probabilis esse, quod sit logicè falsa. Omitto alia ex prudentia à Celladei allatâ lib. 3. qu. 3. & 6. sepe soluta.

Adverte me co nne argumenta Candidi adduxisse, ut sciat vix aliquam novam rationem à Cellad. Fagn. Palanco, P. Thyrf. M. Baro, M. Merc. M. Jac à S. Dom. P. Mucicli. Riccio, Fogar. de Charlas, & alijs adduci, quæ prius à nostro Candido Philal. seu P. Andrea Blanco adducta non fuerit: & primum Anti-Probabilistarum Principem, & Coriphæum fuisse Philalctum, etsi à paucis ullâ citationis gloria gloriosum.